

Cum itaque postmodum partibus ipsis coram dicto commissario constitutis, sicut certa eiusdem commissarii relatione didicimus, prior monasterii sancti Iacobi predictus in prefatum commissarium, quem etiam idem ipse nominaverat ad procedendum in negotio huiusmodi iuxta dicte commissionis 25 tenorem, consentire indebite recusaverit, nos capitulari decisioni eiusdem negotii expertorum doctorum consilio dudum, ut premittitur, facte nostraque auctoritate corroborate inherentes ac commissionem prefatam auctoritate legacionis predicta cassantes litemque huiusmodi penitus extinguentes, ordinarium purificatum et acceptatum huiusmodi ab omnibus vestre unionis religiosis presentibus et futuris assumendum et observandum fore ac assumi et observari debere decernimus per presentes in 30 prioribus litteris nostris expressa modificatione semper salva. Et nichilominus senibus seu alias divinis conventualiter pro tempore interesse non valentibus, quoadusque de libris ordinarii purificati predicti provisi fuerint, iuxta antiquos suorum monasteriorum ordinarios horas canonicas persolvendi liberam tenore presencium licenciam elargimur.

---

25 etiam — huiusmodi: idem ego nominaveram ad procedendum in huiusmodi negotio U 28 predicta: predicte *KoLinneborn* 30 et observandum: ac observandum T 31 litteris nostris: nostris litteris DK 32 libris: liberis DK.

**1452 März 6, Köln.**

**Nr. 2332**

*NvK an die Gardiane und Konvente der Franziskaner-Observanten in Brabant und Holland. Er bestätigt ihre ad uberiozem observanciam vestri ordinis getroffenen Abmachungen mit den Einwohnern ebendort.<sup>1)</sup>*

*Kop. (1452 III 24): DELFT, Archief der Gemeente, I inv. nr. 1155 (in Nr. 2427); (um 1476) (in Kop. von Nr. 2427): DELFT, Archief der Gemeente, I inv. nr. 47 (Klein Privilegieboek der stad Delft) f. 75<sup>v</sup>-76<sup>v</sup> (hierzü freundl. Auskunft von A. J. H. Rozemond in Delft).*

*Erw.: DÜSSELDORF, Univ.-Bibl., Hss. Binterim 2<sup>o</sup> 2b I p. 97 (Polius-Bürvenich, Annales seu Chronicon Almae Provinciae Coloniae Fratrum Minorum von 1665; s.o. Nr. 1432); Soutendam, Inventaris 44; Jongkees, Staat en kerk 94.*

---

<sup>1)</sup> Nämlich bei der Niederlassung in den einzelnen Städten, daß sie keinerlei Häuser-, Land-, Geld- oder Rentenbesitz erwerben würden und bei Zuwiderhandeln mit ihrer Vertreibung einverstanden seien; Jongkees, Staat en kerk 94, der entsprechende Abmachungen mit Gouda (1419), Leiden (1445), Antwerpen (1446) und Delft (1449) nennt. Die letztere: DELFT, Archief der Gemeente, I inv. nr. 1154; Soutendam, Inventaris 44.

**1452 März 6, Köln.**

**Nr. 2333**

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Nikolauskapelle des Armenhospitals in Andernach.*

*Or., Perg. (Rest von S): KOBLENZ, LHA 162, 481. Über dem Text von anderer Hand: C dies criminalium. Rückseitig: R<sup>to</sup>. Bast.; von anderer Hand: pro hospitali Andernacensi, und von wieder anderer Hand: C dies indulgencie a Nicolao de Chüsa cardinali.*

*Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965). Kapellenvariante.*

**1452 März 6, Prüfening.**

**Nr. 2334**

*Kundgabe der von NvK eingesetzten Visitatoren (wie Nr. 1602) der Benediktinerklöster in der Provinz Salzburg über die Visitation des Klosters Prüfening.*

*Druck: Weixer, Fontilegium 214-242.*

*Erw.: WÜRZBURG, Univ.-Bibl., M. cb. q. 93 (s.o. Nr. 1270) f. 235<sup>r</sup>; Zibermayr, Johann Schlitpachers*

*Aufzeichnungen 275f.; Bruck, Melker Reform 221; Meuthen, Zwei neue Handschriften 144; Maier, Kastler Reformbewegung 167f.; Niederkorn-Bruck, Melker Reform 203.*

*Formular: Redemptor humani generis. Wie Nr. 1545 in der Fassung I b.*

**1452 März 6, <Nürnberg>.**

**Nr. 2335**

*<Bürgermeister und Rat von Nürnberg> an B. Antonius von Bamberg. Sie übersenden ihm den auf Ersuchen des Königs von NvK bis Johann Baptist gewährten Aufschub in der Judensache.<sup>1)</sup>*

*Reinentswurf: NÜRNBERG, StA, Reichsstadt Nürnberg, Briefbücher 22 f. 152<sup>r</sup>.*

*Erw.: Kraus, Stadt Nürnberg 111.*

*Der König habe NvK umb einen lengern aufslag der iudischeit halben bey uns wonhafftig ersucht, der dann sein kunglichen gnaden zu gevallen des ein usflage getan hat untz uf Iohannis Babtiste schierst<sup>2)</sup>, alls sein veterlicheit ewern gnaden itzunt darumb auch schreibet. Dieses Schreiben schicken sie dem Bischof hiermit zu. Empfehlung und Datum.*

<sup>1)</sup> S. o. Nr. 2282.

<sup>2)</sup> 24. Juni 1452.

**1452 März 7, Köln.**

**Nr. 2336**

*NvK erneuert den seinerzeit für die Provinz Mainz und andere Provinzen und Diözesen gewährten Jubiläumsablaß, dessen Geltungszeit abgelaufen sei<sup>1)</sup>, für die dort wohnenden Untertanen des Landgrafen Ludwig von Hessen in der Zeit vom 24. April bis zum 8. Juni 1452 und erteilt dem Prior der Kartause Eppenberg sowie den von diesem eingesetzten übrigen Beichtvätern die im einzelnen aufgeführten Vollmachten für die als Voraussetzung zur Ablassgewinnung notwendige Absolution.*

*Kop. (etwa gleichzeitig, von der Hand des Böödekener Augustiner-Chorberrn Johannes Valbert, auf einem eingebesteten Einzelblatt): PADERBORN, Archiv des Erzbistums, Hs. 44 (Böödekener Kopiar) f. 401<sup>r</sup> Nr. 793. Zur Hs. s. o. Nr. 1327.<sup>2)</sup>*

Pridem ex concessione speciali sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nycolai divina providencia pape quinti, desiderantes in declivio huius mundi statu largioris munificencia gratie et lapsos ad penitenciam provocare et christifidelium animarum consulere salutem, auctoritate dei omnipotentis ac eiusdem domini nostri pape eius vicarii in terris per Maguntinensem et nonnullas alias 5 provincias et dioceses, sub quibus illustris princeps Ludouicus lantgravius Hassie castra, opida, villas et loca tenet suo dominio subiecta, plenarie remissionis indulgencias concessimus <et> publicari fecimus locis pro huiusmodi promerenda indulgencia ac confessoribus aliisque in hiis necessariis deputatis.<sup>3)</sup>

Nos igitur cupientes universos, quibus huiusmodi facta est indulgencia, ad faciendum se eiusdem 10 participes reddere prompiciores, cum itaque aliqui ex subditis dicti domini lantgravii infra tempus, quo huiusmodi promereri potuissent indulgencias, quod nunc dinoscitur exspirasse, loca ipsa ex certis eos moventibus et urgentibus causis referantur minime visitasse, ideoque omnibus et singulis ipsius domini lantgravii dominio subiectis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel condicionis existant, ut in Marpurg et in Cassel dicti domini opidis per venerabilem ac religiosum in Christo 15 patrem priorem domus ordinis Carthusiensis in Appenberg dicte Maguntinensis diocesis deputandas ecclesias et capellas visitando aliaque in cedula quadam per nos ei missa<sup>4)</sup> seu etiam per confessores eis iniungenda effectualiter adimplendo valeant promereri, presentibus indulgemus.

Preterea harum serie priori prefato dicta auctoritate committimus plenariam ei tribuendo potestatem, ut ipse de confessoribus huiusmodi, tot quot fuerint necessarii, etiam religiosos, dummodo de 20 observancia fuerint, provideat, quorum aliqui 'in'<sup>5)</sup> casibus 'sedi apostolice', alii vero 'in' casibus 'episcopis reservatis' secundum dicti prioris ordinationem 'absolvendi' habeant facultatem, 'pro publicis' nichilominus 'peccatis publicam iniungendo penitenciam. Mutilatores occisoresque sacerdo-